

## The Digital *Viridarium consolationis* Project

### Pars 2: De aliis peccatis

#### Caput 6: De ipocrisis (3)

Idem (Bernardus):

Hii ipocrite oves sunt habitu, astutia vulpes, actu et crudelitate lupi.  
Hii sunt qui boni videri volunt, sed non sunt,  
mali autem videri nolunt et sunt.

Non sufficit haereticos esse, nisi et hypocritae sint,  
ut sit supra modum peccans peccatum.  
Hi sunt qui veniunt in vestimentis ovium,  
ad nudandas oves et spoliandos arietes.  
Annon tibi utraque res impleta videtur, ubi et fide plebes,  
et pleibus sacerdotes depraedati inveniuntur?  
Quinam isti praedones?  
Hi oves sunt habitu, astu vulpes, actu et crudelitate lupi.  
Hi sunt qui boni videri, non esse, mali non videri, sed esse volunt.  
Mali sunt, et boni videri volunt, ne soli sint mali;  
mali videri timent, ne parum sint mali.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*,  
66.1 (SBO 2, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.178,  
ll.12-19).